

QK.255.

Z c


4243

DISSERTATIO EPISTOLICA
QUA
VIRI MAGNIFICA DIGNITATE VENERABILIS
D. CHRISTIANI LOEBERI
ANTISTITIS PRINCIPATVS ALTENBURGENSIS
SVPREMI EIVSDEMQUE DVCATVS COLLEGII
ATQVE COETVS SACRI CONSILIARII
LONGE GRAVISSIMI &c.
VITAM AC MERITA
EXPONIT
FILIO EIVS
NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO
**GOTTHILFIO FRIDEMANNO
LOEBERO**

DE

PHILOSOPHIAE MAGISTRI DIGNITATE
NVPER IN ACADEMIA SALANA OBTENTA
ET ERVDITE CONSCRIPTO DIE QVE VIII. KAL. OCTOBR. a. &c.
MASCVLE DEFENSO
SPECIMINE GRATVLATVR
IO. CHRISTIANVS FISCHERV
Philos. Mag. & Ampliss. Ordin. Philos. Adiunct.

I ENAE,
LITTERIS MARGGRAFIANIS,
ob Icc xxxxI



VIR
PRAENOBILISSIME DOCTISSIME QVE,

AMICE DILECTISSIME,



Felicitatis humanae haud minima pars est, si Magnorum Virorum, de sanctioribus aliisque praeclarissimis litterarum studiis optime meritorum Parentum imagines non solum, sed et virtutes feliciter referunt liberi, exoptatoque prouentu atque successu maiorum suorum gloriam propagant ad posteros. Plus hi conferunt ad immortalitatem gentis suae, quam illi ipsi tot ingenii ac litterarum aureis monumentis, quibus sibi iam dudum aeternam pararunt nominis celebritatem. Perennior longe est eorum memoria, et tam ab obscuritate, quam ab ipso interitum liberior, quae renouatur et continuatur a postris ab iisque in dies cumulatior redditur venturae posteritati et ita felici sanguinis generisque successione retinetur non solum, sed ipsi commendatur immortalitati. Quo solemnius hoc esse solet, eo rarius id contingere videmus, quum nos proh dolor! quotidiana doceat experientia, Heroum filios plerunque a virtute paterna degenerare, eamque vitiis contaminare atque obscurare. Eximum igitur ac plane singulare existit, si familiae decus in eo, in quo orsum coepit, haud perit, verum ab eius sobole ita augetur ac propagatur, ut

non annis aut saeculis, sed ipsa potius aeternitate videatur definiendum. Commemoratu digna eo nomine censenda est splendida gens *Loeberiana*, ex qua infinita fere annorum serie, tanti prodiere Viri, qui et doctrina et scriptis, familiam, patriam, et totum orbem litteratum illustrarunt. E quibus nec singulos superstites ac florentes, nec beate defunctos enarrare, sed potius unicum proferre constituimus, Virum nempe Magnificum CHRISTIANVM LOEBERVM Sacrarum litterarum Doctorem incomparabilem, Ducas-tus Altenburgensis Antistitem supremum, a consiliis Collegii item ac coetus sanctioris, et quae reliqua sunt honorum et dignitatum genera, Theologum omnium saeculorum memoria dignissimum; eiusque vitam et merita, quantum in nobis fuerit situm, si parum polite ac limate, diligenter tamen exponere, ac felicissimo huic Patri, de filio eo dignissimo, filioque ipsi, Viro luueni Praenobilissimo elegantissimoque GOTTHILFIO FRIDEMANNO LOEBERO de Philosophiae Magistri dignitate ab Amplissimo Philosophorum Academiae Ienensis Ordine nuper ei concessa, deque politioris litteraturae specimine egregio gratulari, cum vel ipso CICERONE teste, sera gratulatio reprobendi non soleat, praesertim si nulla negligentia praetermissa est. Addo si nouam praetera expectat occasionem et priorem differt, ut cum posteriori noua coniungatur, et ita auctior fortiorque procedat in publicum, moramque largiori compenset proventu. Ad TE igitur Vir Clarissime, Amice exoptatissime, ad TE inquam, in quo Familiae TVAE florentissimae enitescit splendor, ablego hanc epistolam, amicitiae a Parentibus in nos derivatae, non vulgaris sed Pyla-deae tesseram, vadem praedemque meae in summe Ven-randum Parentem pictatis atque obseruantiae. Fida haec atque hilaris gaudii, quod ex Tua percipio noua dignitate, inter-nuncia praeterea habet in mandatis, ut Tibi ad maiora indeque pendentem immortalem gloriam felici conatu adspiranti Illu-tris atque gloriose, h. e. sanctissime honestissimeque actae vi-tae



tae exemplar siue imaginem Patris Tui Maxime Venerabilis, Patroni mei aeternum suspiciendi proponat, TE que admoneat, ut per DEVVM immortalem omni animi impetu in id incumbas, ut eius virtutem eximiam ac plane admirabilem, absoluta quadam exprimas imitatione, ostendasque TE numquam ex animo esse dimissurem, cuius sis filius. Hoc enim modo in TE residebit paterna virtus eiusque perpetua comes, perennis gloria, ac in TE remanebit egregie. At, dum de ornando Theologo consumatissimo cogito, sentio nullam eloquentiam nec optari nec concipi posse, quae dignam adferat aut temporis gratiam, aut materiae copiam. Obsistit fama tanti Nominis, modestia item viri Maxime Reverendi, et denique ingenii mei tenuitas intercedit; quo minus vitam ac merita tanti Viri persequi ego sustineam. Sed facile vincit animi fluctuantis dubitationem, omnemque ex animo meo excutit metum, singularis Patroni mei singulari colendi pietate humanitas et tot bonorum plausus, quo hanc breuem meam, ut spero, excipient narrationem. Hinc inuidos Aristarchos flocci facio, neque rusticae scurrilitatis Patronos metuo, sed potius contemno. Quodsi enim pro rebus maximis, qualis est gloria sanctissimarum litterarum in Magnifico Viro, temporis nostri Theologo eximio, admiranda, inuidiam subire soleo, me optimum fane puto iniisse consilium. Accedit, quod, quia satis diu laboravi ex inuidia, non magis eius curem tela, ac miles crebro in acie versatus, horret plagas et vulnera. Neque adeo extimescam Catonis supercilium aut Thrasonis iniquam voculam, quae forte praesentibus atque viuis, nullam tribuendam esse laudem mortuis vero potius eam reseruandam esse statuet. Antiquus quidem, sed pestilens est mos, praesentia inuidia, praeterita veneratione prosequi, quem hodie adhuc quoque sequuntur quamplurimi. Cum vero virtuti sua constet laus atque gloria, ea praesens satietate languescit ac vilescit. Nonne hoc a saeculi pendet vitio, et prauum ac malignum

est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quem
videre, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare
contingit. Meretur potius iustum venerationem Vir Excel-
lens, h. e. meretur laudari, et viuis posteritati suae interesse,
ac propria frui gloria. Laudabile igitur ac gloriosum est,
insignia et maxime illustria Viri Magnifici D. CHRISTIANI
LOEBERI merita ac vitam, eo superstite ac florente litteris
consignare. Accipiet quoque Vir singulari reuerentia su-
spiciendus hunc villem nostrum laborem more suo, h. e. bene-
volie, et eum, si id citra incommodum, hoc est, boni publi-
ci marum fieri poterit, et ea qua solet humanitate, corriget,
in eoque egregios imitabitur pictores, qui uno aut altero pe-
nicilli ductu, multa in tabulis vulgarium artificum pictis vi-
tia emendant. Celebrant hunc Theologum Summum, Sa-
lanae nostrae Decus incomparabile IO. FRANCISCVS BVD-
DEVS * Magnificus STOLLVS noster, ** Cl. GOETTEN ***
denique breviter strictimque, vitam suam percerset ipse Ve-
nerabilis Antistes. † Excellentissimus MOSERVVS in lexico
haud ita pridem euulgato, quo theologorum vitas perhibet
Loquuntur praeterea de eo annales et fasti eruditorum pu-
blici. Verum cum plura de eo adferri possint, meas in
iis recensendis experiri constitui vires. Natus est vero noster,
in antiquo Thuringiae Oppidulo, ad fluum Salam sito, et ab
amne Orla, qui ibi in Salam influit tamquam in eius os, sive
Mund, Orlamunda dicto, sede illustrissimorum comitum, †† qui
Nomen inde accepere, celebri, sub regimine ac ditione FRI-
DE-

* in programmata dissert. inaugurali D.
CHRIST. LOEBERI praemissio.

** in historia litteraria item in historia
litteraria theologia, item in annos. ad
HEVMANNI confectum.

*** in ietz Lebenden Europa part. II. p.
164 sqq. f.

† in seiner Ronneburgischen Historie p. 358.

†† Horum Comitum historiam peculiaris
dissertatione, exhibuit, Vir do-
cetissimus IO. FRIDEM. LOEBE-
RVS tanto Patre dignus filius, et non
tam ex aliorum libris, quam ex ve-
tustate annualium monimentorumque
eruit, et mirifice illustravit.

DERICI DUCIS SAXONIS Gothani, Patriae Patris longe Clementissimi felici. Oppidum hoc non quidem ex ambitu, qui ei non adeo amplius contingit, neque ex magnificentia, quae non est adeo magna, sed potius ex situ peramoenio, et ex naturae operibus exquisitis, quibus abundat, est aestimandum. Collocatum est illud in altissimi montis cacumine et fronte versus meridiem, ex quo ex altera parte in circumiectos variis floribus coloribus campos picturatos ac hortos prospicitur, ex altera vero oculi si ex alto in subiacentem feruntur vallem, iucundissimo arborum in via, quae in oppidum dicit, obviorum ac dispositorum viridantium, in via publica ad pedem montis proficiscentium ac comitantium, praeterfluentis fluvii ei iunctorum, pratorum gramine ac floribus luxuriantium, nemorum ac silvarum ea attingentium, denique passim errantium numerosissimarum gregum passuntur spectaculo. Datur praeterea ex hoc oppidulo prospectus pulcherrimus, non solum in loca propinqua, pagos nempe et urbes, sed in fatis quoque remota, quae e longinquitate pellucidi et peregrinantes oculi possunt contemplari. Est huic oppidulo suburbium ad pedem montis extactum, cui Nomen NASCHHUSA, in quo cum inhabitaret CHRISTOPHORVS HENRICVS LOEBERVS. *

Nōv ἐν ἀγίοις

Antistes de Ecclesia Christi optime meritus, et ob singularem sanctiorum litterarum eruditionem, praestantissimaque scripta, aeterna ac pia memoria colendus, cuius memoriam ab eius dignissimo ac summe venerando filio D. CHRISTIANO LOEBERO litteris consignatam habemus (**) aliquod praedium, in eo ex femina lectissima ac sanctissima ANNA CATHARINA, M. CHRISTOPH. SCHMIDII Pastoris Vhlstadiensis filia huncce genuit filium. Lucem ita

* Ad cuius laudem aeternamque gloriam hoc unum refero, eum in superiori Philosophorum exedra in Academia Ienensi quinquaginta quatuor

Dissertationes praefidio texisse.

** in scripto cui titulus: Ehren-Denkmal Herrn Christoph Heinrich Loebers Iena 1706. 4.

vidit noster. A. S. R. c I o I o c LXXXIII. ad IIII. Non. Febr.
Laetis parentibus nihil magis statim fuit curae cordique, quam
vt sacro sancto Christianorum ritu, aqua ablueretur salutari.
In tenera aetate, primis verae ac sanctissimae religionis ele-
mentis, tantum, quantum ea aetas recipere poterat, vt
imbueretur tener animus, diligentius curarunt. Et
quemadmodum proficiebat pietate, ita etiam in iis arti-
bus, quibus aetas puerilis solet impertiri, miros statim fe-
cit progressus. Principes et ad fuscipendam et ad ingre-
diendam studiorum, quibus ad humanitatem informamur, ra-
tionem, ei extiterunt nonsolum maxime Venerabilis Parens,
quantum id officii grauior is permiserunt negotia, sed studiosi
pii et docti, e quibus Venerandum Senem LONGOLIVM
Adiunctum et Pastorem Monstabensem optime meritum
haud ita pridem vita functum, honoris causa nomino, quo-
rum priuata institutione uberiori usus est fructu. Quae ideo
publici praefferenda, quia in ea omnia felicius citiusque proce-
dunt ad praeccorem maturitatem; quemadmodum arbores,
quas singularis cura ab aeris iniuria custodire ac curare, cultu-
ra nostra solemus, ceteras, quae ex comuni fundo succum
trahunt, tempore vincunt. Postquam igitur noster ex pri-
uata institutione collegerat et roboris adsumserat firmitatem,
eam suasu summe Reuerendi Patris, cum institutione publica
permutare, et ideo se in scholam, quae Rudolphopoli flore-
bat, conferre constituit. Regebatur tunc temporis haec
schola a Viro Doctissimo M. MICHAEL SCHWIMMERO
cuius laborem, eius collega et vitae et doctrinae laude con-
spicuus, M. IO. ERNESTVS MULLERVS subleuabat. His
igitur in disciplinam est traditus, ab iisque ea omnia et celeri-
ter et probe percepit, quae ad altiora viam parare solent. Usus
est ibi quoque consilio, hospitio, mensaque, Viri de grege
Christi praeclare meriti, HENRICI CHRISTOPHORI
LUDWIGII, sacrorum summi Antistitis, cuius maxima
beneficia grata semper agnoscit mente. In adeo magna po-
nit

nit felicitate, quod ei in tam illustri consuetudine adolescere contigerit, quae nihil nisi gloriosum ac utile suadet atque perhibet. Innotuit quoque ibi Viro Illustri AHASVESO FRITSCHIO, Cancellario Rudolphopolitano vere pio ac eruditio qui, patrem cum singulari prosequeretur fauore, filium eo complecti haud intermittebat, praesertim cum in eo animaduerteret, quam probe a natura ad mentem optimam fuerit genitus, et a cultura bonarum artium ad miraculum expolitus. Et quemadmodum inter alia naturae bona valentem deprehenderat poetam, hic Patris amicus, et filii Patronus eximus, Caesareani palatii Comes, mox ad magis excitandam ac inflammandam benignam ac felicem eiusdem venam, poeticam, ei decreuit lauream, eaque illum Academiam salutantem condecoravit. Patris summa suspiciendi veneratione Patronorumque Maximorum optimo consilio A. S. R. ~~cir~~ IOCLXXXVIII. hanc nostram ingressus est Academiam Pro-Rectore IO. HADRIANO SLEVOGTIO, a quo numero ciuium Academicorum est adscriptus, et a Viro Magnifico B. IO. IACOBO SYRBIO Ordinis Philosophici tunc temporis Adiuncto designato, postea vero Logices et Metaphysices ac denique Theologiae Doctore et Professore Publico Ordinario (quod tandem munus sacrum una cum purpura ac sceptris Academicis depositus morte,) in contubernium adscitus, a quo sicut et a M. IO. SIM. PVRGOLDO eiusdem Ordinis Amplissimi Adiuncto, varia bonarum artium accepit adiumenta. Heic vbi nobilissimae iurisprudentiae adiscendae cupiditate flagrare se fenserat, haud exiguum ei dicauit studium, uniuersumque Iustinianeum callere adlaborauit pulcherrimum ~~et~~ ^{et} ~~et~~: ita tamen, ut in sanctioribus litteris, ad quas naturae quasi instinctu vehementiori serebatur, praecipuam praeclarissimamque poneret operam, quam solerti Philosophiae et Philologiae studio mirum quantum iuuaret. Nihil igitur habuit prius, quam ut in Philologicis fulgentissimum totius Germaniae fidus B. IO. ANDREAM DAN-

TZIVM, in Philosophicis vero, praeter acutissimum IO.
PAVLVM HEBENSTREITVM, post fata etiam il-
lustrem GEORGIVM ALBERTVM HAMBERGE-
RVM, quem in primis admiratus est, audiuerit. Neque mi-
nus B. BVR CARDI GOTTHELF STRV VII, cuius
fidei bibliotheca tum con credita erat academica, Viri tam
ob' animi dexteritatem, quam eruditionem, indeq[ue] manan-
tem nominis celebritatem etiam post mortem pie colendi,
scholas, in quibus historiam, antiquitates Romanas, rem
numismaticam, alioque ad humanitatem pertinentia studia
praelegit, sedulo ac diligenter frequentauit. Praeter bibliothecam
memoratam publicam, cuius usum humanitas supra lau-
dati STRUVII concessit libentissime LOEBERO, ei felicissime
obtigit, ut veniam impetraret per aliquod menses in thesauro
numario, qui tunc Arnstadii custodiebatur, integros consumere
dies. Quantum hucusque profecerit, ostendit breui,
sed docta dissertatione quam publice sub iam laudati IO.
IACOBI SYRBII prae sidio, *de numero et serie categoriarum*
ciclo CLXXXVIII. defendit. * Puriori cum primis disciplinae
deditus Magistros ac praeceptores sibi elegit summos, qui-
bus tum Salana nostra maxime florebat. Quam diligenter inter-
terfuit sanctissimis BECHMANNORVM, VELTHEMIO-
RVM, MULLERORVM, HEBENSTREITORVM, Viro-
rum

* Opinantur quidam huius dissertationis
Auctorem esse SYRBIVM, sed optimo iure vindicamus vero eius Aucto-
ri Loebero Respondenti. Ad §. p. 9.
huius dissert. collat. cump. 21. Ob-
seruandum, Magnificum LOEBERVUM
eam quam ibi queritur, sententiam muta-
tasse. In collegio enim metaphysico
ita de hac re differit: *Vt dicam quod*
sensit: tametsi olim pro sententia,
quae conceptum entis uniuersum esse sta-
quit, propugnari, attulisse, omnibus

rationibus subductis, quamquam ipsa
entis definitio independentiam non in-
volvere videatur, nobile tamen minus, cum
existentia diuina infinita et independens
est, totum autem existere creaturarum
instar nihil in comparatione ad DEVM
est, et analogiam tantum ad existentiam
DEI referat, omnino censio Ens
respectu DEI et creaturarum esse non
uniuersum, sed commune ad unum sen-
ab uno.

rum Maximorum ac in coelis nunc triumphantium paelectionibus. Probabat se non solum his Praeceptoribus, sed omnibus, ad quorum notitiam peruererat, et vitae probitate, et doctrina exquisita, cui eximiam nauabat operam, qua promte quoque divina in sacrato codice obuia penetravit, et in succum et sanguinem, quod dicitur, vertit oracula. Habant igitur praesides hi gravissimi, quem ex auditoribus diligenter magis ac mirarentur neminem. Unde quoque factum esse nos credimus, quod nec defuerint Patroni, qui virtuti eius praestantissimae et pertinaci industriae iusta praemia decernerent, et sua sponte currenti adderent quasi calcar. Eiusdem hinc anni, quo Ienam intraverat die xxx. Mensis Octobr:a supra dicti FRITSCHII; Viri Incomparabilis filio consultissimo, Comite Palatino Caesareo et causarum patrino Coburgensi, CHRISTIANO LUDOVICO, Poetae laurea fuit condecoratus, quam dignitatem quum ornaret mirifice, mox alia secuta est, qua honores et priuilegia Philosophiae Magistri anno cīo 15 cc in hoc consequebatur Atheneo. Hac noua dignitate vt se paeberet dignum, anno proxime in sequenti arenam adscendit disputatoriam, superioremque Philosophorum exedram, in eaque stetit optime pulcherri meque, mascule tuendo ea, quae contra quandam obseruationem Halensem, de utilitate locorum dialecticorum in persuadendo, erudite conscriperat. Primum hoc specimen Academicum, cīo 15ccii aliud excepit, de legibus DEI gamicis, quo videlicet solerter ac operose afferuit, dari leges naturales secundarias, in quibus, vt cum Iure Consultis loquamur, Dispensare DEVIS posit. Eodem anno bis respondentis munus in cathedra, ut vocant, Theologica, praeside B. PHILIPPO MULLERO, apud quem in magno semper fuit aere, ANDR. PRVCKNERI in casibus conscientiae placita defendens, subit cum omnium plausu. Ceterum praeter ingentia MULLERI in se merita grata semper agnoscit mente, quae prolixe adeo

Semper summe Venerandum VELTHEMIVM, Celeberrimum
DANZIVM, acutissimum GEORGIVM ALBERTVM HAM-
BERGERVM, Excellentissimum STRVVIVM in se contulisse
animadvertisit. Verum enim vero, quia non oportet sem-
per in scholis haerere docentium, sed prodest interdum poti-
us, aliis rursum tradere artes ac scientias probe perceptas, pro-
prias quoque noster aperuit scholas, quo iuuentutis Academi-
cae consuleret utilitati, et, quantum erudiendo queamus profice-
re, proprio exemplo experiretur. Quæ cum cursu fluenter
exoptatissimo, summus rerum omnium Arbitr signum re-
ceptui dare, munierique sacro Pastoris oppidani, quo Patris
senectus viribus destituta sublevari debebat, sese totum con-
secrare iussit. Geſſit hoc officium sacrum tanta, quanta fieri
potuit cura diligentiaque, neque inter tot sanctissima negotia
intermisit, quo moveret ſilum exerceretque ingenium. Ibidem
enim dum trahebat moram, ſalutarem fervororis Optimi in
mundum adventum tractatu germanico metrico celebravit, et
novæ Parentis promtuarii facri editioni præfamen præmisit.
Cum vero meritissimus et optimus senex tandem A. S. R.
cl̄o Iccv. ex hac misera migraret vita, facilisque cursu in por-
tum veniret æterna requie placidum, a SERENISSIMO
PRINCIPE, FRIDERICO DVCE, PATRIAE PA-
TRE Clementissimo, inter coelites nunc triumphante, de-
missis suis precibus impetravit noster veniam, ad studia, qui-
bus unice delectabatur, et quæ invitus deseruerat, redeundi,
adeo, ut addiderit quoque PRINCEPS INDVLGEN-
TISSIMVS maximum proposito huic pondus, largumque,
quo id tanto fortunatius prosequeretur, stipendium. Inde
per Hollandiam atque Germaniam iter instituit, lustravitque
ibi celebriores Academias atque urbes, ſalutavitque doctiſſi-
mos celeberrimosque Viros, quorum e conspectu, ac termo-
nibus eruditior semper discessit. Confecto adnuente divina
gratia, hoc itinere, revertit in patriam, repetitque, hanc quam
de-

deseruerat, Musarum sedem, ut in eadem studia sua prove-
heret, et, quae hinc inde collegerat, ad usum transferret
publicum, et tam docendo quam scribendo pariter ac summe
venerabilis B. Parens cum studioſa iuuentute communicaret.
Scripsit disputationes doctissimas easque defendit optime, quas
hic recensere operaे esse pretium duximus. Notatu digna
igitur est, quam de fundamento legum naturalium secundum di-
sciplinam Socratis c. 10 ccvi. habuit; * cui merito adiungimus
mox in sequentem de fundamento legum naturalium contra ma-
tæologiam Euripidis. Editis his praestantis eruditionis speci-
minibus, Philosophorum Ordo Amplissimus Sapientissimus
que de eo denuo ornando cogitauit, sibique comitem ad-
iunxit, siue Adiunctorum adscriptis numero. More igitur con-
sueto pro loco elegantem *de forma regiminis in republica litteraria* conscripsit ac habuit dissertationem quae se probauit
Goettingensium Polyhistori Celeberrimo HEVMANNO
quam quod maxime. ** Eodem anno noua disputatione hoc
posuit zeta: an Iudas proditor interfuerit sacrae coenae. Prae-
terea quantum praestabat in superiori philosophorum exedra
LOEBERVS noster, quodsi, quae luci exposuerat publicae, opti-
me tuebatur, tantum valebat in sanctiori eloquentia cum pro
rostris sacris staret, ac diuina oracula interpretaretur. Certe
quoties in conuentu sacro verba faciebat ad populum, quibus
omnes instrui mirifice valdeque delectari sentiebant, vel tum
temporis prospiciebant animo talem eum fore, qualem sibi cun-
cti hodie, Fridericianae in primis terrae gratulantur. Hoc sta-
dium non sine quadam animi alacritate recurrenti Diuinum
Numen successus praebuit exoptatos, magnique Viri singula-
rem

b 2

* Vid. Magnifici STOLLII *Historie der
Gelahrtheit* p. 619.

** In Conspectu reipublicæ litter. C.
VII. f. 9. not. ubi hanc LOEBERI

sententiam Celeberrimo LOCOCO
THOMASIO opposuit, quam cir-
cat saepius laudatus STOLLIVS
in annot. in Heumannum p. 101,

rem gratiam, quae ad praecclara nitentibus decus et robur
esse folet, concesserunt. Magni enim Principis magni Mae-
cenatis Beatae Perillustris ac gloriose Memoriae Consiliarii
intimi de BRAND mite ambiit potrocinium. Neque alii ei
defuerunt Patroni ac Fautores, e quibus honoris causa no-
mino B. et summe Reuerendum de BROCKE supremum tum
Diocecesos Altenburgensis Antistitem et B. summe Veneran-
dum I O. FRANCISCVM B V D D E V M, qui tum et
doctrina et scriptis Salanam nostram illustrabat. Accessit pree-
terea consuetudo, quae ei cum viris sui ordinis amplissimis do-
ctrinamisque intercedebat, qua ita utebatur noster, ut ex ea
uberrimos caperet fructus, qui ex docta, salutari consortione
sociali solent prouenire. Atqui erant tum temporis in hac
Academia Viri doctissimi, qui, licet munere Academicō pu-
blico haut fungerentur, priuatim tamen iuuentuti prouen-
tu felicissimo tradebant artes atque scientias. E quorum
numero erant RICHARDI, HEVMANNI, ACKERI, viri qui
iam dudum immortalem sibi pepererunt nominis famam. His
L'OEBERVS utebatur valde familiariter. Dicaverat uti
iam diximus operam suam iuuentuti academicæ, quæ
magna frequentia in eius confluuebat scholas, in quibus philo-
sophica, sive Philologica magno docebat cum successu. Et
quemadmodum Serenissimi huius Academiæ Nutricii Amplis-
fimo Philosophorum Ordini dederunt veniam, ut sanctiore
quoque profiteretur doctrinam, h. e. ei benigne eius con-
cesserunt usum atque tractationem, indulgentia summe
Venerabilis sanctioris Ordinis, more tunc recepto privatum
sanctiore quoque docuit disciplinam. Et profecto sicuti
Theologus noster eximius, naturæ quodam nobili instinetu
lubentissime semper facem docendo prætulit ingenuis Acad-
emiæ adolescentibus, ita diutius, optimi Parentis exemplo in
hac bonarum artium officina, Deo et reipublicæ inferuire
constituerat. Sed sapientissimo ac benignissimo rerum gu-
ber-

bernatori ac Moderatori plane aliter fuerat vistum, qui LOE-
BER V M ex Academiæ palæstra alio statim vocavit, et ad civi-
tatem sanctiorem suam redire iussit. De creverat nempe
BEATISSIMAE MEMORIAE, PRINCEPS FRIDERICVS, PATER
PATRIÆ, dum viveret CLEMENS TISSIMVS, SERENISSIMI BEA-
TISSIMIQVE ERNESTI, PII, AVI SVI exemplo, qui scholis
coetibusque sacris Ducatus Altenburgensis praefecisset, praeter sa-
crorum Antistites, qui Superintendentes audiunt, inspectorem
constituere: primum huic muneri praeponere LOEBERVM
tanta sparta dignissimum. Demandatum ei hoc fuit sacrum
officium die III. Mens. Decembr. c1515ccviii. Quam graue
atque arduum sit munus istud? paucis fortasse cognitum est
atque perspectum. * Et tanto magis mirandum est nostrum
illud cum laude per integrum biennium geffisse tantisque
oneratum molestiis implicatumque laboribus, quos officii ra-
tio postulabat, noua ingenii edidisse monumenta. Tot curis
atque negotiis distractus, elaborauit disputationem Socrati-
cam super vexato loco. 2. Tim. II, 16. ad Maxime Venerabil-
lem LVDWIGIVM datam et c1515ccx. publicatam. Com-
memoratu digna est in primis *Theologia positiva*, quam sermone
conscriptis vernaculo Altenburgique c1515ccxi in 8 tav. edi-
dit ** maximis a Viris eruditis condecorata laudibus. *** Ce-

b3

terum

* Delineauit Inspectoris munus peculiari Et placidas auras; recreant alterna gra-
carmine ad summe Venerandum fra-
trem: uatos.

Fallitur ignaue quicunque hic otia querit,
Vitae, sed qui iſt hoc onus intollerabile censit,
Fallitur is pariter: sunt hic incommoda multa;
(Quod non inficior) mordet iam frigus acu-
tum

Iam sythicus boreas ferat iam turbidus-
imber

Quisque suum ferimus pondus: sua sarcina
euinis

Mandata est, habet et quodvis sua commoda
munus.

Nouimus et mites Zephyros, solesque serenos,

** Prodiit hoc titulo: *Die Lehre der VVahra-
heit zur Gottseligkeit &c.* vid. Magnificus
STOLLII Historie der Theologischen
Gelahrheit p. 441. et 442. et eiusdem
Anmerkungen über Heumannii Conspic.
Hist. litter. p. 735.

** Laudarunt hanc theologiam E. B. V. D.
DEVIS in supra dicto programmate
concinse admodum eam scriptam esse te-
statut, et Magnificus HEVMANNVS
Systema theologiae accuratissimum vocat
in dissertat. de titulo theologi Ioannis
tributo. Ceterum plurimi optant, ut
noua editione libri tollatur raritas.

terum in vrbe hac ampla, illustri atque incluta, Per illustris
atque Excellentissimi sanctioris Collegii Praesidis, sacrique Pa-
latii Quaestoris vicarii B. D OEHLERI usus est patrocinio.
Intercessit ei quoque cum Celeberrimo WENTZELIO
Gymnasi Altenburgensis tunc directore meritissimo, et cum
eruditissimo FOERSTERO, Bibliothecae Ducalis tunc
praefecto arctissima coniunctio atque amicitia. Interea
accedit, ut venerandus Ronneburgensium Praeful WEI-
DENSE IVS supremum obiret diem, cui ut succederet no-
ster diuino sub auspicio in hoc peruetustum a nobile satis vo-
catus est oppidum, quo, tamquam in vinea supremi omnium
rerum Moderatoris, animarum curae, ac saluti praeesse, aliis-
que sanctioribus perfungi laboribus debebat. Constitutus est
igitur sacrorum apud Ronneburgenses Antistes, coetusque
elusdem sacri Pastor primarius, die VI. Dec. cī 15 cc xi. Eius-
dem anni cursu superiori noua eidem accessit nullo a me silen-
tio inuoluenda felicitas, quae non solum in sequentem fausti-
tatem genti Loeborianae adportare, sed eidem ipsam immor-
talitatem inducere mihi videtur. Illuxit dies ille felix faustus-
que quo reddebantur Viri Magnifici virtuti coeleste munus,
DOROTHEA SOPHIA BOERNERIA, filia B. IACOBI
ABRAHAMI BOERNERI praefecture Ronneburgensis Ad-
iuncti optime meriti, Stirpi celebratissimi olim Theologi
HENRICI IVLIJ BRAGERI arcta necessitudine cum Thoma
REINESIO litteratore consumatissimo iuncti insita atque ex
famigeratissimi olim sacrorum Antistitis Altenburgensis summi
HENRICI ECCARDI genere orta atque prognata, femina libe-
rali forma, vultu modesto, castimonia animi, elegantia morum
omnibus denique ornamenti florentissima, quam aetas eius sacra-
que postulebat dignitas. Habebat **SOPHIAM** munus supra morta-
lia omnia, virtutis simulacrum exquisitum, sexus sui ornamen-
tum, habebat sociam vitae et ab eius habebatur virtute. Quanihil
seu ad eius cultum elegantius, seu ad eius concordiam certius, seu

ad

ad gloriam illustrius adsequi potuisset. Hanc unam eligebat
ex omnibus ac diligebat non impetu quodam lascivientis ad-
fectus, sed limato ac perfecto virtutis iudicio. Ex quo felici
coniugio viuam Loeberini Nominis effigiem in famae pariter
ac sexus heredibus videt ac videbit mirabiturque grata poste-
ritas. Initia hac dulcissima sanctissimaque societate non solum
strenue peregit sacri partes muneris, sed more quoque anti-
quo, sacerdotum, quibus praefuit, ingenia disputando exer-
cuit. Certe nisi summe Reuerendi ac Excellentissimi Antistites
Pastorum ingenii, eiusmodi adferunt medelam, plerique
monstrofæ deformantur breui metamorphoseos specie, ut in
alterum mundum se delatos esse credant, aut in minus hospi-
talem se peruenisse autument, ubi doctissimi Viri siue de ar-
gumentis sacris, siue Philosophicis ac literariis dulcissimos
utilissimosque miscent sermones futuro etiam saeculo profu-
tueros. Merito igitur a Cl. GOETTENIO l. c. hocce lau-
datur institutum, et laude ornatur noster, quod feliciter illud
prosequebatur, frequentesque habebat dissertationes, vt vo-
cant synodales. Edita igitur c. 1522. prima disputatione
de iustificatione arenam aperuit disputatoriam, quae quoque
semel quotannis eruditio feruit conflictu. Anno c. 1523.
de statu animarum credentium post corporis mortem differu-
it.* Quo etiam anno sermone vernaculo opusculum sacrum de
amore creaturarum emisit in publicum. ** Anno c. 1523.
theses theologicas de religione propositit. Cum igitur tot ac
tanta LOEBERI nostri in Sanctissimam religionem eiusque
coetum sacrum, patriam et orbem litteratum constarent me-
rita, ea iustis honoribus compensanda esse iudicarunt, qui
aut amicitiae aut consanguinitatis vinculo ei erant nexi, addi-
tisque stimulis eum excitarunt, ut honorem tantis virtutibus
debi-

* cf. *Miscellanea Lipsiensia 1715* Tom. II.
p. 668.

** cf. die unschuldigen Nachrichten. STOL.

LIVS in der Historie der Theologischen
Geschriften p. 339.

debitum summam nempe disciplinae sanctioris dignitatem pe-
teret, quorum suasionibus aequo ac precibus relinquens lo-
cum, in omnium suorum et amicorum desideriis plenissimam
Ordinis in Athenaeo propter Salam supremi theologici, ut vo-
cant, expertus est indulgentiam. In examinibus enim talem
se praefuit, qualem eum esse omnes arbitrabantur. Prae-
terea preelectionibus publicis die xv. Jan. c. 10 ccxiii. in Thess.
II. v. 3. sqq. Ienae habitis, quibus docuit ex locoque citato
probavit, Pontificem Romanum, *Anti-Christum esse a Paulo de-
signatum*, omnium in se deriuauit adprobationem. Nec mi-
nori plausu excepta est eius dissertatio, quam *de omnibus con-
cedenda scripturae s. lectio occasione Bullae Anti-Quesnellianaæ,
pro obtainendis summis in Theologia honoribus A. S. R. c. 15 Iccxv. pu-
blico submisi examini*. Quae omnia fusius enarrantur in B. Bud-
dei programmate hac occasione conscripto et huic dissertatio-
ni praemisso. Ornatus hac sacra ac graui dignitate praeter
muneris sanctissimi grauissimique procurementem, semper ali-
quid nouum elaborauit purioris doctrinae argumentum, in
mediumque protulit, ut haberent sacrorum interpretes ora-
culturum, quibus noster praeerat, de quo et disputare et ex
quo proficere possent. Quod, cum quot annis repeteret, ne-
que intermitteret alia euulgare doctissima scripta, ea una cum
dissertationibus ab anno ev 15 cc xv usque ad Annum c. 10 ccxxx.
Ronneburgi editis ordine recensere operae erit pretium.

De potestate ligandi et soluendi 1715. *

*De natura humana a filio DEI demum in tempore assumta contra Pe-
tersenium* 1716.

De poenitentia quotidiana 1717.

An concupiscentia in renatis residua sit peccatum proprium dictum?
1718.

De

* in eius dissertationis arguento cum
multum adhuc desiderauerit, ubero-
rem eius propediem publicabit decla-

rationem: Obuiam simul iterum ad-
versariorum pessimis hypothesibus.

De simplicitate Christiana. 1719.
De confessione Ronneburgensi in turbis synergisticis. 1720.
De quiete animae 1721.
De Oratione pro mortuis. 1722.
Eodem anno lucem vidit eiusdem *Historia Ronneburgensis.* *
Consensus B. Lutheri et Evangelico-Lutheranorum in doctrina de libertate hominis. 1723.
De communionis nomine quo sacra coena designatur. 1724.
De assiduitate precum 1725.
De functione ministrorum Ecclesiae Pastoral. 1726. **
De operariis in vinea 1727. ***
De Sabbatho dieque Dominica 1728.
De influxu veritatum ac errorum in voluntatem. 1729. †
Consideratio dictorum, quibus Augustana confessio de sua et Ecclesiae Romanae confensione quaedam asseruerat 1730.
Praefationes praemisit et Explicatori Evangelico B. et summe Reuerendi Patris M. DCCI. altera vice prodeunti. Praefamen quoque composuit in canticorum librum Altenburgensem edit. 1727. in quo hymnopoeorum historiam mirifice il-

C

lu-

* Prodiit hoc: titulo: *die Ronneburgische Historie &c. Altenburg 1722. in 8. quae omnium tullit plausum.* Capita huius operis accurate recenset Auctor *selectas Bibliothecas Theolog. P. V. p. 16.* adde Cl. Goetten c. I. Conf. tamen die *Tenische monatliche Nachrichten* ad annos 1722. et 1723. in quibus nonnulla monentur, sed adeo levidensia, ut vix mereantur confutationem. Ratio instituti haud permitit, in ulteriorem excurrere disquisitionem.

** in hac dissertatione nonnulla modeste impugnat, quas Excellent. BOEHMERVS in dissert. Jur. Eccles. proposuerat conf. programma LOEBERI ad locum subdifficilem Hilarianum.

*** in hac sententias Magnifici MOSHE.

MII et Cl. LOEFFLERI de operariis in vinea in dissertationibus prolatis modeste refellit. Promisit venerabilis Abbas responsionem ad sententiae pro-pugnationem, quam videre audire expectamus vid. *Notitia scriptorum et Dissertationum. I. L. MOSHEMILL p. 58.* Add. *Fortgesetzte Samlung von altem und neuem Theologischen Sachen 1730. Zweiter Beitrag p. 281.* add. A. Goett. I. c. P. I. p. 737. sqq. praeterea edit. eod. anno *die Erkenntnis Gottes aus dem Donner Ronneb.* 8.

† Directa est haec disputatio contra Melodium, recenset eam B. HEINSIVS. Venerandus Praeceptor meus ac Fau-tor in *Hist. Eccles. Sacc. XVIII.*



stravit, adiunxitque varia, quae a WEZELIO & SCHAMELIO
fuere praetermissa. Viginti annos postquam munus Antisti-
tis apud Ronneburgenses sacri, diligentissime administraue-
rat, totque fidei suae concreditos homines ad iustitiam perduxer-
at, ac varias hinc indeque acceperat, sed iustas ob rationes
modeste declinauerat vocaciones; tandem post B. D. REDE-
LII obitum, Celsissimus Beatissimae Memoriae Princeps FRI-
DERICVS II., cui penitus LOEBERI nostri innotuerat
virtus, vocabat eum Altenburgum ad collegii sanctio-
ris consiliarii, Pastoris primarii et Superintendentis Generalis,
illustrisque ibi Gymnaſii Inspectoris supremi munierum pro-
curationem. Diuino auspicio iniit prouinciam hanc sanctissimam ac grauissimam, An. 1510 CCXXXI. die 13. Mens. Martii
ipso nempe festo annuntiationis Mariae, sermone sacro ibi fa-
cto ad populum. Certe munia haec summis semper adsignata
fuerunt Theologis, cuius felicissima initia post DIDYVM
LINCKIVM tenuit Vir, qui in historia reformationis
principem meretur locum, et ex ea omnibus cognitus, Vir
aeternum pia celebrandus memoria, GEORGIVS SPALA-
TINVS: quem sequuti sunt HIMMELII, BRESNICERI,
MISENI, OSVALDI, MELISANDRI, COENERI, MVL-
LERI, Superattendentes celebratissimi. Inter praefules Vr-
bis & dioecesos generales eminent SVARINI, ECKARDI-
HVNII, CASSELII, SAGITTARII, BROCKII, RE-
DELII, Viri sine exceptione incomparabiles. Tanti mune-
ris dignissimus minister se statim ad disputandum contra scri-
ptum quoddam de origine mali (*) cuius auctor Socinianorum
Arminianorum placita est sectatus, se accinxit, habuitque pu-
blice Altenburgi dissertationem de origine mali, auctori Ano-
nymo cogitationum de origine mali (**) oppositam. (***) Mo-
raba-

* Cogitationes hae de origine mali e
lingua anglica in germanicam conuer-
sae ab Anonymo linguae Anglicane
callentissimo.

** Prodiere Hanouerae 1731. hoc titulo:

Gedancken von dem Ursprung des Baſen,
aus dem Englischen in zwei geſch. Reden.
Sed mox fuere prohibitæ.

*** Venitilata fuit die XXVIII. Novembr.
el 1510 CCXXXI, & denuo recusa.

rabatur tunc Altenburgi Serenissimus Princeps FRIDERICVS, qui sua splendidissima præsentia Principum ac Ministrorum summorum circumdatus corona, hunc actum maxime illustrabat. Commemorant accurate hunc solemnem eruditorum conflictum noua litteraria Lipsiensia. (*) Maxime, Principi Celsissimo FRIDERICO II. integro cum c¹ 15 cc xxxii. graui morbo adficto, tum morte tandem numquam satis deploranda erepto, officio suo, h. e. precibus, vigiliis, diuino solatio, omnibusque iis, quibus moribundi animus instrui debet usque ad mortem nostrer diligentissime adfuit, eumque ad mortem ita praeparauit, ut beate atque tranquille ex hac tumultuosa migrauerit vita. Hinc pariter FRIDERICI III. Clementissimi Patriae Patris iussu, die lxxviii. Mens. April. eiusdem anni Fridensteinii, quo Serenissimo ac Beatissimo Principi paratu magnificentissimo iusta persoluebantur funebria in Thren. III. 22. 23. 24. sermonem habuit proposuitque *Principis cor rectum ac pium siue Ein an GOTT rechschaffenes Hertz eines Potentaten.* Typis expressa legitur haec oratio sacra in pia Fridericⁱ I. memoria quae prodit Gothaе fol. c¹ 15 cc xxxii. hoc titulo: *Das Hochverdiente Ehren Gedaechniss des Wayland Durchl. Fursten und Herrn Herrn Friederichs II. Hertzogs zu Sachsen.* Paulo post migrationem Salisburgensium religionis causa factam, quam a die x. Mens. Iunii eiusd. anni usque ad diem xiii. per ciuitatem Altenburgensem transeuntem ac permeantem oratione prosequutus est sacra, literis sempiternae prodidit hominum memoriae. Exscripta est typis ibidem eodem anno hoc titulo: *Umständliche Nachricht von denen Salzburgischen Emigranten, welche von 10. bis 13. Junii 1732. Durch die Furstl. Sachsische Residenz und Crayß Stadt Altenburg gezogen Et. Altenburg 1732.* 4. Venerat tunc quoque Serenissima nunc beatissimae memoriae

C 2

* de Anno c¹ 15 cc xxxii. p. 878. seqq.

vidua AVGVSTA MAGDALENA una cum Serenissimis Principibus FRIDERICA et AVGVSTA Altenburgium, ut ibi haberet sedem moramque traheret, animae curam LOEBERO Antistiti grauissimo dignissimoque demandauit, unde etiam a sacris eum elegit confessionibus. Et cum Serenissimus quoque Dux FRIDERICVS III. Mens. Nov. eiusdem anni ciues suos sibi iureiurando obstringeret, LOEBERVS noster more consueto solemni habuit magna hominum frequentia orationem sacram super Cap. X, 9. Lib. I. Reg. sisten^o den aus Gnaden bereiteten Stuhl unsers gnadigsten Landes Herrn, quae eodem anno Altenburgi excusa 40. Inter tot sanctiora grauioraque negotia nouum semper molitus est opusculum. Eodem enim anni et laborum cursu vidit lucem iudicium Apologiae confessionis Augustanae de Philosophia Aristotelis morali erudite conscriptum. Altæ prouidentiae sapienti destinatione cum factum esset, ut Serenissimus Dux ac Princeps Clementissimus Ioannes ADOLPHVS, cui terrae Saxoniae Weisenfelsiac sunt subiectae, iudicio virtutis cum elegantissima corporis forma coniunctae, Serenissimam eligeret FRIDERICAM, Principem omnibus simulacris emendatiorem, et quod multo est admirabilius atque praestantius, virtutum omnium decorum ornatisimam, eamque ex multis unam sociam vitae omniumque sanctissimorum, quas posidebat rerum; hoc nouum splendidissimum ac sanctissimum foedus, quo una cum eodem sanguine heroico tot ac tantae iunguntur virtutes, et quasi in unum coalescent corpus, DEI immortalis auspiciis, mortaliumque omnium votis initum Altenburgi 1533. sacro inaugurauit ritu atque confirmauit, h. e., splendidissimi huius connubii sacra peregit solemnia, eaquo polita celebravit oratione pia et saeculorum memoria dignus Praeful D. CHRISTIANVS LOEBERVS.* Praeter ea hic Theologus con-

Impressa fuit eodem anno haec oratio Altenburgi fel.



consumatisimus quamplurima elaborauit consilia et responſa
ut vocant theologica, et in iis talem se praeflitit, qualem vix
et ne vix quidem vedit aetas nostra et scientia exquisita, et mi-
ra experientia praefantem purioris disciplinae Doctorem. Pos-
sem haec exemplis illustrare maxime insignibus, si mihi vel
contingeret, vel liceret Principum rimari arcana. Hoc unum
attingam, LOEBERVM nostrum inter eos fuisse, qui con-
ſiliis diuinae sapientiae plenis, precibus piis, officio sanctissi-
mo AVGUSTAM Principem Gothiam omnibus et animi
et corporis virtutibus florentissimam, Magnae Britanniae
Principis Regii heredis sponsam mirifice sublevarunt. Inte-
rea decreuerat Serenissimus Princeps, Patriae Pater Clementi-
ssimus, ut sanctioris reuerentiae volumen, quod *Biblia* vo-
cant *sacra Ernestina Vinariensis* auctiora ac emendatoria denio
luci exponerentur publicae, ad eaque curatius emendanda sum-
morum nostri temporis Theologorum adhiberetur opera, et
cum facile doctrinae sanctioris praefantia tunc temporis emi-
nerent; Europae fidus fulgentissimum Aulaeque Fridericianae
Decus incomparabile, eius nunc, qui tribunal sacro supremo
Gothano praefit, vices gerens, D. ERNESTVS SALOMO
CYPRIANVS, Altenburgensem hic noster Praeful optime
de coetu Christi meritus, regiminis ibidem sacri ornamen-
tum admirabile D. CHRISTIANVS LOEBERVS, Theo-
logiae quondam Professor Ienensis Celeberrimus. D. RVSIVS,
denique in interpretandis oraculis diuinis celebratissimus
Theologiae Doctor et Professor Altdorffiensis ZELTNERVS,
iis, sub moderamine ZELTNERI ab impresionis loco haud
longe remoti, facer hic labor, a Serenissimo Principe tam
propinquo Numine tamque amico aeternae veritatis, sancti-
fimae religionis tutore ac defensore fuit demandatus. Hinc
factum est, ut D. CHRISTIANVS LOEBERVS Prophetae
Iesaiæ vaticinia haud parum difficultia fuerit interpretatus, at-
que doctis illustrauerit animaduersionibus, aliaque ei commissa-

eruditæ elaborauerit, quæ ad uberiorem operis huius diuini
facerent explanationem. Prodiit hoc opus sacrum ac plane
exasciatum Norimbergæ A. S. R. cī 15 ccxxxviii. fol. apud
Endteros nitidissime splendidissimeque adiectis figuris impres-
sum. Insignia haec ac maxime illustria in Serenissimam Saxo-
niae Gothanae Domum coetumque Christi sacrum merita D.
CHRISTIANI LOEBERI cum in dies in maius altiusque excresce-
rent, sapientissimo FRIDERICO III. PATRIAE PATRI
indulgentissimo dignus, ut nouis ornaretur honoribus, hic
noster est visus. Concessit igitur sapiens nostri Serenissimi
Principis clementia cī 15 ccxxxviii, eodem temporis articulo,
quo Altenburgi comitia celebrabat, LOEBERO dignita-
tem conuentus sacri consiliarii, additis multis gratiæ peculia-
ris speciminibus. Sed redeo ad reliqua Viri Magnifici scripta.
Eorum sequentia commemoratu digna mihi esse videntur
quam quod maxime. *Die Trostreiche Menschwerdung Jesu*
Christi 8. Jenae apud Bielckium, die Kirchweyh des geistl:
Tempels 8. Ronneburg, Explicatio dicti Luc. VII, 16. Praeter
ea sermonibus sacris casualibus, ut vocant, multa explicavit
sacri codicis loca difficiliora, e quorum sunt numero, Ebr.
XIII, 5. I. Cor. XV, 19. Pf. LXXXIII, 2, 3, Marc. VIII, 1.
9. 1. Reg VIII, 56. 57. 58. Apoc. II, 17. Ebr. II, 14, 15, qui
omnes typis exscripti non sine summa utilitate cum voluptate
coniuncta, leguntur ab intelligentibus. Praetereo nunc ser-
mones funebres multaque carmina tam latine, quam germanice
eleganter conscripta. Hoc unum sub calcem adiicio, quod
haud ita pridem edidit *programma*, quo *librum Tertulliani de poe-*
nitentia *Auctori Tertulliano vindicauit*. Longum esset ire per sin-
gula atque omnia quæ hic sumimus. Antistes laude digna lucu-
brauit, scripsit, emisit et fecit, enumerando percensere. Hoc
unum sufficit ad omne decus Nominis Loeberiani, LOE-
BERVM Deo Maximo Optimo esse gratum, Serenissimo
Principi FRIDERICO acceptum, Musis omnibusque bo-
nis

nis carum atque iucundum. Et quemadmodum virtutis et studiorum merita et praemia non in iudicio imperitorum sed potius sapientum h. e, non in inscitia sed ipsa sapientia sunt sita, ita ea virtuti vere tantum a laudatis et sapientibus decernuntur ac tribuuntur. Laudabile igitur ac maxime gloriosum est, LOEBERVM nostrum, a litteratorum totius Orbis aequo ac Theologorum Principe, splendidissimo illo Musarum Praefidio ac summo, Excellentissimo CYPRIANO, mirifice diligi, hoc est, ita, ut nihil supra possit, amari. Ab infinito fere tempore Excellentissimum CYPRIANVM suum ita coluit reuerenter LOEBERVS, et ita rursus ab eodem fuit amatus, ut par esset in LOEBERO obseruantiae et in CYPRIANO amoris propensissimi significatio. Quae illustris amicitia cum adhuc floreat, et in dies maiora capiat incrementa, prodit virtutem LOEBERI eximiam, unicam tam constantis tamque singularis amoris, quo CYPRIANVS eum prosequitur, causam simulque perennem verae laudis fontem. Venerantur praeterea non coeco quodam impetu, sed verae virtutis amore ducti ac praedicant, sacrorum oraculorum interpretes, in Theologo Iure Consultum, iuris Sacerdotes in Iure Consulito Theologum, Philosophi in utroque genere eum aestimant miranturque. Ut paucis multa complectar, in eo omnes aequi bonique mecum conueniunt conspirantque, Magnificum LOEBERVM omnes numeros pii atque docti Theologi explere. Breuiter strictimque omnia quae in eius dici possunt laudem ita exponit Celeberrimus STOLLIVS: *CHRISTIANVS LOEBERVS ist nicht nur ein gelehrter geschickter und kluger Theologus, sondern auch ein Philosoph und Rechts - Verständiger. Est natus poeta, est Orator plenus et perfectus, est denique Theologus cordatus atque consummatus. Praetereo nunc elogia quibus Celeber-

d

i-

* in annotationibus eius in HEUMAN. conspectum bistor. liter. p. 735.

rimis H E U M A N N V S aliique Viri longe doctissimi
hunc Virum Magnificum cohonestarunt. Loquuntur tot
praeclara ingenii monumenta tot viui testes celebres, loquun-
tut tot praefantia facta, idem loquuntur annales et fasti erudi-
torum publici, et nunc et olim loquentur hoc et uno pro-
fitebuntur ore omnes, idemque nobis sum posteri: *quoad LOE-
BERVM paxisse, virtutem laude auxisse.* Quam nitide ingenio-
seque Magnificum eius Nomen per anagramma expositum id
ipsum indicat: eum nempe omni esse cumulatissimum laude: *Er-
ist am Lob reich!* quam belle symbolum eius omnium virtutum
matrem amorem complectitur, eiusque Nomen ac dignitatem
litteris ab initio positis artificiose exprimit: *Die Christliche Liebe.*
Haec fuit quae de vita ac meritis D. C H R I S T I A N I
L O E B E R I breui ac exigua mea complecti narratione et
placuit et licuit. Quaedam subducit multitudo, quaedam
mea haud comprehendit oratio. Hinc finio eam, sed non
vota pro incolumitate tam Magni ac pii Viri. Deus modo
det huic Summo ac maxime Venerando Antistiti annos, ne
tam rarae defint virtuti, tempora quibus se pro supremi
Numinis gloria, salute publica uberior explicare possit.
Reliqua, a se ipso sumet. Seruet supremum Numen hunc,
quem nobis dedit, Venerabilem ac pitum Theologum quam a
plurimos annos florensem Indulgentissimo Patriae Patri,
Serenissimo F R I D E R I C O, seruet sanctissimo collegio,
conuentuque pio, seruet Patriae, seruet familiae ornatis-
simae, seruet Musis et mihi, et constanti beat felicitate. Vi-
geat in posteris gens Loeberiana eiusque gloria indies rede-
at numerosior. Vouet musa mea haec vota, noua dignitate
Tua, Vir Nobilissime Doctissimeque, exhilerata atque con-
cita. Dubium non est, Te ex merito consequutum esse
Philosophiae Magistri honores, Teque magis eos ornare
quam ab iis ornari. Obtinuisti igitur hanc dignitatem scho-
lasticam tamquam praemium diligentiae atque virtutis Tuae
ab

ab Amplissimo Philosophorum Athenaei nostri Ordine.
Postulat veteris amicitiae inter Magnificum Parentem Tu-
um et meum, lex et ratio, postulant summa gentis Tuæ
quæ in me meosque constant merita, postulat denique pe-
culi ratione amicitia arctissima, quæ mihi Tecum successio-
nis quasi lege intercedit, ut meum gaudium ex Tua ortum
dignitate non solum Magnifico Tuo Parenti, sed etiam Ti-
bi publice declarem, et cum nouo eruditiorque specimine
ostendas ingenium, Te eoque maioribus honoribus prae-
beas dignum, nouum exinde enascitur mihi laetandi argu-
mentum. Immineo igitur et huic occasione et Tibi Tuisque
de prospero ac felici studiorum successu gratulor, in diesque
laetiores ac meliores eorum precor prouentus. Floreat et
indies maiora capiat incrementa laurea Tua Phœbo gratis-
sima, vigeat in Te non solum Poetae laurea, sed etiam
Philosophiae, cuius coronam lauream h. e., decus et orna-
mentum, neque numus aut fauor, neque familiae splen-
dor, sed Tua Tibi peperit virtus. Pergas Magnifici Parentis
exemplo virtutis via, quam es ingressus, ad pœclara niti, et
virtute duce, comite fortuna ad maiores in dies dignitatum
ac honorum adscendere gradus, et ita contendas maiorum
Tuorum gloriam continuando propagare. Hoc orabo Deum,
ut omnes actiones Tuas, spiritus sancti ministerio dirigat ad
sui gloriam, bonum publicum. Sic omnia quam diutissime
cedent Tibi prospere. Ceterum caueas, ne in Te permuta-
ti in me animi cadat suspicio. Vitabis eam, si me constanti fa-
uore Tuo complecti hanc intermittes. Ego amabo Te, plus
quam soleo, et quam diu erit spiritus usque meus. Dabam lenje
e Museo die xxiii. Sept. ccccxxxxxi.

Tuus

suo merito

Io. Christianus Fischerus
Phil. Magister et eiusd. Ampl.
Ord. Adjunctus.


Z 4243

12373860

Amplissimam et effigiam quoniam. Sicut enim Obitio
longiora verba sibi dicitur. Tunc quoniam Tunc
nisi se memum, far et raro, poterit
modestus eouultus mitem. cap. 10. cap.
11. cap. 12. cap. 13. cap. 14. cap. 15. cap.
16. cap. 17. cap. 18. cap. 19. cap. 20. cap.
21. cap. 22. cap. 23. cap. 24. cap. 25. cap.
26. cap. 27. cap. 28. cap. 29. cap. 30. cap.
31. cap. 32. cap. 33. cap. 34. cap. 35. cap.
36. cap. 37. cap. 38. cap. 39. cap. 40. cap.
41. cap. 42. cap. 43. cap. 44. cap. 45. cap.
46. cap. 47. cap. 48. cap. 49. cap. 50. cap.
51. cap. 52. cap. 53. cap. 54. cap. 55. cap.
56. cap. 57. cap. 58. cap. 59. cap. 60. cap.
61. cap. 62. cap. 63. cap. 64. cap. 65. cap.
66. cap. 67. cap. 68. cap. 69. cap. 70. cap.
71. cap. 72. cap. 73. cap. 74. cap. 75. cap.
76. cap. 77. cap. 78. cap. 79. cap. 80. cap.
81. cap. 82. cap. 83. cap. 84. cap. 85. cap.
86. cap. 87. cap. 88. cap. 89. cap. 90. cap.
91. cap. 92. cap. 93. cap. 94. cap. 95. cap.
96. cap. 97. cap. 98. cap. 99. cap. 100. cap.
101. cap. 102. cap. 103. cap. 104. cap.
105. cap. 106. cap. 107. cap. 108. cap.
109. cap. 110. cap. 111. cap. 112. cap.
113. cap. 114. cap. 115. cap. 116. cap.
117. cap. 118. cap. 119. cap. 120. cap.
121. cap. 122. cap. 123. cap. 124. cap.
125. cap. 126. cap. 127. cap. 128. cap.
129. cap. 130. cap. 131. cap. 132. cap.
133. cap. 134. cap. 135. cap. 136. cap.
137. cap. 138. cap. 139. cap. 140. cap.
141. cap. 142. cap. 143. cap. 144. cap.
145. cap. 146. cap. 147. cap. 148. cap.
149. cap. 150. cap. 151. cap. 152. cap.
153. cap. 154. cap. 155. cap. 156. cap.
157. cap. 158. cap. 159. cap. 160. cap.
161. cap. 162. cap. 163. cap. 164. cap.
165. cap. 166. cap. 167. cap. 168. cap.
169. cap. 170. cap. 171. cap. 172. cap.
173. cap. 174. cap. 175. cap. 176. cap.
177. cap. 178. cap. 179. cap. 180. cap.
181. cap. 182. cap. 183. cap. 184. cap.
185. cap. 186. cap. 187. cap. 188. cap.
189. cap. 190. cap. 191. cap. 192. cap.
193. cap. 194. cap. 195. cap. 196. cap.
197. cap. 198. cap. 199. cap. 200. cap.
201. cap. 202. cap. 203. cap. 204. cap.
205. cap. 206. cap. 207. cap. 208. cap.
209. cap. 210. cap. 211. cap. 212. cap.
213. cap. 214. cap. 215. cap. 216. cap.
217. cap. 218. cap. 219. cap. 220. cap.
221. cap. 222. cap. 223. cap. 224. cap.
225. cap. 226. cap. 227. cap. 228. cap.
229. cap. 230. cap. 231. cap. 232. cap.
233. cap. 234. cap. 235. cap. 236. cap.
237. cap. 238. cap. 239. cap. 240. cap.
241. cap. 242. cap. 243. cap. 244. cap.
245. cap. 246. cap. 247. cap. 248. cap.
249. cap. 250. cap. 251. cap. 252. cap.
253. cap. 254. cap. 255. cap. 256. cap.
257. cap. 258. cap. 259. cap. 260. cap.
261. cap. 262. cap. 263. cap. 264. cap.
265. cap. 266. cap. 267. cap. 268. cap.
269. cap. 270. cap. 271. cap. 272. cap.
273. cap. 274. cap. 275. cap. 276. cap.
277. cap. 278. cap. 279. cap. 280. cap.
281. cap. 282. cap. 283. cap. 284. cap.
285. cap. 286. cap. 287. cap. 288. cap.
289. cap. 290. cap. 291. cap. 292. cap.
293. cap. 294. cap. 295. cap. 296. cap.
297. cap. 298. cap. 299. cap. 300. cap.
301. cap. 302. cap. 303. cap. 304. cap.
305. cap. 306. cap. 307. cap. 308. cap.
309. cap. 310. cap. 311. cap. 312. cap.
313. cap. 314. cap. 315. cap. 316. cap.
317. cap. 318. cap. 319. cap. 320. cap.
321. cap. 322. cap. 323. cap. 324. cap.
325. cap. 326. cap. 327. cap. 328. cap.
329. cap. 330. cap. 331. cap. 332. cap.
333. cap. 334. cap. 335. cap. 336. cap.
337. cap. 338. cap. 339. cap. 340. cap.
341. cap. 342. cap. 343. cap. 344. cap.
345. cap. 346. cap. 347. cap. 348. cap.
349. cap. 350. cap. 351. cap. 352. cap.
353. cap. 354. cap. 355. cap. 356. cap.
357. cap. 358. cap. 359. cap. 360. cap.
361. cap. 362. cap. 363. cap. 364. cap.
365. cap. 366. cap. 367. cap. 368. cap.
369. cap. 370. cap. 371. cap. 372. cap.
373. cap. 374. cap. 375. cap. 376. cap.
377. cap. 378. cap. 379. cap. 380. cap.
381. cap. 382. cap. 383. cap. 384. cap.
385. cap. 386. cap. 387. cap. 388. cap.
389. cap. 390. cap. 391. cap. 392. cap.
393. cap. 394. cap. 395. cap. 396. cap.
397. cap. 398. cap. 399. cap. 400. cap.
401. cap. 402. cap. 403. cap. 404. cap.
405. cap. 406. cap. 407. cap. 408. cap.
409. cap. 410. cap. 411. cap. 412. cap.
413. cap. 414. cap. 415. cap. 416. cap.
417. cap. 418. cap. 419. cap. 420. cap.
421. cap. 422. cap. 423. cap. 424. cap.
425. cap. 426. cap. 427. cap. 428. cap.
429. cap. 430. cap. 431. cap. 432. cap.
433. cap. 434. cap. 435. cap. 436. cap.
437. cap. 438. cap. 439. cap. 440. cap.
441. cap. 442. cap. 443. cap. 444. cap.
445. cap. 446. cap. 447. cap. 448. cap.
449. cap. 450. cap. 451. cap. 452. cap.
453. cap. 454. cap. 455. cap. 456. cap.
457. cap. 458. cap. 459. cap. 460. cap.
461. cap. 462. cap. 463. cap. 464. cap.
465. cap. 466. cap. 467. cap. 468. cap.
469. cap. 470. cap. 471. cap. 472. cap.
473. cap. 474. cap. 475. cap. 476. cap.
477. cap. 478. cap. 479. cap. 480. cap.
481. cap. 482. cap. 483. cap. 484. cap.
485. cap. 486. cap. 487. cap. 488. cap.
489. cap. 490. cap. 491. cap. 492. cap.
493. cap. 494. cap. 495. cap. 496. cap.
497. cap. 498. cap. 499. cap. 500. cap.

cap. 101

B.I.G.



QK.255.

Z c
4243

DISSERTATIO EPISTOLICA

QVA

VIRI MAGNIFICA DIGNITATE VENERABILIS
D. CHRISTIANI LOEBERI
ANTISTITIS PRINCIPATVS ALTENBURGENSIS
SVPREMI EIVSDEMQUE DVCATVS COLLEGII
ATQVE COETVS SACRI CONSILIARII
LONGE GRAVISSIMI &c.
VITAM AC MERITA
EXPOНИТ
FILIO EIVS
NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO
GOTTHILFIO FRIDEMANNO
LOEBERO

DE
PHILOSOPHIAE MAGISTRI DIGNITATE

NUPER IN ACADEMIA SALANA OBTENTA
ET ERVDITE CONSCRIPTO DIE QVE VIII. KAL. OCTOBR. a. e.
MASCULE DEFENSO

SPECIMINE GRATVLATVR

IO. CHRISTIANVS FISCHERV

Philos. Mag. & Ampliss. Ordin. Philos. Adjunct.

IENAE,
LITTERIS MARGGRAFIANIS,
ob Icc XXXXI

